

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 9. Papa de induciis Cæsarem inter & Galliarum Regem pactis certior factus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. IX.

Sæc. XVI.

A.C. 1556.

*Papa de induciis Cæsarem inter, & Galliarum Regem pacis certior factus.*

Dum hæc interim gerebantur, Romæ *Pallav. l. 13.*  
 nuntiatum, opera Cardinalis Poli, *c. 17. n. 3.*  
 qui Mariæ Angliæ Reginæ nomine de *Thuan. l. 17.*  
*p. 514.* pace egerat, quinque annorum indu- *Beliar.*  
 cias inter Cæsarem, & Philippum ejus *comm. l. 27.*  
 Filium cum Galliarum Rege nuper fuisse *num. 17.*  
 initas, atque hoc anno die quinta Fe-  
 bruarii in Vaucellensi Abatia prope  
 Cameracum subscriptas; quippe Lotha-  
 ringius Cardinalis, priusquam Roma  
 Venetias profecturus Papam valere ju-  
 beret, ab Henrico II. Galliarum Rege  
 literas acceperat, quibus significatum,  
 quod Cæsaris Ministris inducias peten-  
 tibus respondisset, sibi ejusmodi indu-  
 cias, dummodo honestis circumscribe-  
 rentur conditionibus, probari, de ce-  
 tero autem persuasum esse, quod Caro-  
 lus V. ac Philippus ejusmodi conditio-  
 nes acceptaturi haud essent, quocirca  
 hujus epistolæ summam libere summo  
 Pontifici significare posset, cum vero  
 hæ induciæ Cardinali ob rationes in  
 priori libro allegatas nullo pacto arri-  
 derent, hinc ejusmodi literas nequi-  
 dem Pontifici exhibuit, sed illas ad Car-  
 dinalem Turnonium remisit, ut ipse-  
 met

**Sæcul. XVI.** met de iis Papam certiorem redderet.  
**A. C. 1556.** Evidem Paulo IV. ea res satis mira videbatur, nec tamen inde se moveri simulabat, spe fretus, quod Cæsar, atque Angliæ Rex hafce inducias propositis conditionibus gravatas constanter rejecturi essent, attamen sua eum sefellit opinio; Cæsar enim induciis assensit, veritus, ne Philippus sub primis imperii sui auspiciis sese bello implicaret, quod ob virium, atque experientiæ defectum forte ipsi funestum accidere posset.

### §. X.

#### *Induciarum articuli Cæsarem inter, & Gallos initi.*

**Thu. l. c.** Itaque opera Cardinalis Poli induciæ firmantur, & utrinque delegati mituntur. Hos inter Galliarum Regis nomine aderant Caspar Colinius maris Præfectus, & Sebastianus Albaspineus libellorum supplicum Magister: Cæsaris autem, & Philippi nomine Carolus Lalanius Comes, Simon Renardus, Carolus Tisnacus, Philippus Bruxellensis, & Joannes Baptista Schiccius juris Consultus Cremonensis convenerant, qui ineunte hoc anno congregati post diuturnas altercationes tandem in hæc pacta confondere. I. Terra, manique tam in Belgio, quam per Italianam,

&amp;

